

-40

DISSE^{רָתָה}TATIO THEOLOGICA,
DE
**STATU PURORUM
NATURALIUM,**

Quam

Adprobante Max. Rev. Facult. Theologica
In Reg. Acad. Aboënsi,

P R Ä S I D E

VIRO Maxime Reverendo atque Amplissimo,

D:N JACOBO GADOLIN,

S. S. Theol. DOCT. ac PROFESS. Reg. & Ord.

Reg. Acad. Scient. Svec. MEMBRO,

Publico Examini Modeste Committit

A U C T O R

Mag. MICHAËL AVELLAN,

Choralis ad TEMPL. CATHEDRAL. Aboëns.

Et ad Reg. ACAD. Ibid. Theol. Docens.

In Audit. Superiori Die VIII. Aprilis, Anno repar. salut.

MDCCLXIX.

Horis ante meridiem solitis.

ABOË, Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

DISSEMINATIO THEOLOGICA
DE
MURORUM UTATIS
MILLIARIA

Eπικος αὐλος Φυσεις αιακαιρητον καὶ Σεληνης αυτοῖς τοις· αυτοὶ^{τοις} μαρτυρουν δε Φηδη, ότι μη επιδεχόμενος αιαρητον, μονον
εἰς τη Θεον εμαργέας εἴνι ανεπιδεκτον, αλλ. ότι ει τη Φυσης τη αι-
αρητον εχοντα. **DAMASCENUS.**

MICHAEL ALEXANDRINUS.

❀ ❀ ❀

In dubium licet vocari vix queat, quod docet SA-
LOMO inter Monarchas celebratissimus, hominem
a DEo regum esse creatum (*a*); multiplex tamen &
ita jam tortuosum esse deprehendimus humanum
ingenium, talesque sinus & animi humani recessus,
ut latebras ejus exquirere, impossibile potius, quam
difficile, jure meritoque existimetur. Non sane absque
gravissima ratione dixerat Propheta: (*b*) עַקְבָּתָלְבָתְכָל־יְרֻעָה
: יְגַנְּשֵׁתָהָו מִירֻעָה. Indolis istius a primæva diversæ,
immo eidem prorsus adversæ caussam & originem ut
luculenter satis demonstrat Sacra Scriptura; ita quæ sanæ
quoque rationi eam non plane incognitam esse, fva-
dent argumenta, plura sunt haud certe contemnenda (*c*).
Experientiam si solum consulamus, ipsa quemlibet vel
ad se ipsum vel ad alios adtendentem, de existentia
corruptionis ita convincet, ut trito huic Ebræorum:
אֵין צִירְךָ רָאֵת לְמַפְּרוּסָמִים non egent probatione, quæ pub-
lice nota sunt (*d*), in hac quæstione lubens locum con-
cedat. Quæ autem ex communi quam indigitamus labi
filiorum Adam profluunt mala, multa sunt & varia.
Horum neutiquam minimum est, multiplex illa senten-
tiarum, in rebus salutem generis nostri concernentibus
varietas, multæque hinc ortæ animorum disjunctiones
& dissidia, quæ Ecclesiæ Christi misere quassatae imme-
dicabilia inflixerunt vulnera. Eo certe redacti sumus,
ut majorem usum præstitisse censiendi sint, qui in eno-
dandis atque discriminandis doctrinarum Theologicarum
divortiis; quam qui in conciliandis atque conjungendis
discrepantium animis, operam collocarunt (*e*). Hi
et ergo sibi sèpissime atque manifestam adtraxerunt cul-
pam, aut famæ saltē periculum subierunt. Frustra

A

enim

enim est, verum cum falso, justitiam cum iniquitate, lucem cum tenebris, Christum cum Belial, combinare velle (f). Summis hanc ob causam jure effertur laudibus, Philippus Melanchton, utut cætera facilis, quod in comitiis Augustanis, adversariis, qui non parum de sua sententia remissile videri volebant, utque ille & socii de sua quoque remitterent jure quodam quasi postulabant; se nihil de alieno i. e. sententia DEi revelantis largiri posse, & ne latum quidem pilum abs se quoad doctrinam concessum iri, circa ceremonias licet non esset difficultis, una cum sociis graviter responderit (g). Hæc animo volvi quemadmodum merentur, ita de dissensu in iis quæ fundamentalia sunt, in primis diligenter observari debent. In his enim doctrinæ sacræ capitibus, tanto convenit nobis esse cautoribus, quanto majus inde provenit malum, si forte error aliquis irreperserit, qui ubi semel est admissus, latius serpit, & incrementa sumit. Quæ quum ita sint, dissertatione hacce, quæ jam tuis L. B. subjicitur oculis, devia illorum, qui doctrinam de imagine DEi homini primitus concessa tradentes, nescio quæ pura naturalia venditare solent, divina adfulgente gratia paucis monstrare, operæ pretium duxi. Neque enim fundamento caret sententia בָּן סִירָא Scriptoris Rabbinici, ob antiquitatem non minus quam doctrinarum quas proposuit utilitatem, inter suos clari & laudati: אֲדָם אֶצְרֵיךְ לַיְוָעַד הַכְּבוֹרִים חֲרֻעָוּם בְּעַבְנֵי שִׁירָע: i. e. Homo debet scire res malas ut sciat recedere ab eis (h).

(a) Eccles. VII. 29. (b) Jer. XVII: 9. (c) Observatu digna sunt, quæ tradit Hesiodus de duplice, bono scil. & malo animi humani impetu canentes:

Oὐκ ἀργεῖ πάνος ἵππος ἐρίδων γατῶν αἵλι' οἱνοῖς γαῖαις τοῖς δύο &c.

Plus quam rritum est illud Ovidii; video meliora proboque &c.

Huc

Huc quoque pertinent illa gentilium effata, quibus *ingenitam cunctis malitiam*, & cum cum crimine se natos conquesti sunt, naturamque non esse creatam cum malis dictarunt; de quibus vid. Diss. de lapsu gen. hum. in quantum ex lumine naturae constat Auct. *And.*
Tötterman habit. Abœ d. XIX. Jun. MDCCLX. (d) Vid. Buxtorf. filii Florileg. Ebraicum, Basil. Ato MDCXLVIII. (e) Hic probe observandum existimo, audiendos quidem non esse Henoticos istos Doctores pacificos, qui nescio quo ardore duci Syncretismum promovere student. Multo magis res jiciendi sunt Patroni *Theologie* istius *comparativæ* quæ recentiori de-
 sumus aeo effici, & *Theologie* *absolutæ* prout loqui amant, opposita,
 nil nisi crassos continent errores, taliaque alit monstra, qualia spiritui Fanati-
 co suam debent originem. Conf. B. *Job.* *Conr.* *Dannhaueri My-*
sterium Syncretismi detecti & proscripti, *Jo. Wolfgang*
Jægeri Examen Theologie novæ; nec non *Jo. Christ. Kæ-*
cheri Conspect. Theolog. univ. &c. *Seet. XIV. Cap. IV.*
Theologiam tamen Irenicam ejusque filiam *Theologiam compa-*
rativam veri nominis, sanoque sensu sumtas, tantum abest improbemus;
 ut potius eo majori studio colendas existimemus, quo certius inter desiderata
 adhuc in civitate Christiana referri debent. Neque quin mandatum illud di-
 vinum Zach. VIII. v. 16.
 רְבָרֹו אַמְנָה אִישׁ אֲתֻרָעָה וּמְשֻׁפֵּט שְׁלוֹם
 vaticinium El. IX. 6. verbaque Apostoli Eph. IV. 3. suo modo hue adPLICARI
 queant, dubitandum cum laudato Kæchero arbitror. (f) & Cor. vi. 14. 15.
 (g) *Teste Frid. Rappolt in præf. Scrutinio Religg.* B. *Hie-*
ronym. *Kromayeri præmissa.* Conf. etjani *Consil.* *Theologg.*
Wittebergens. Part. I. Tit. III. p. 209 Art. IX. contin.
Consilium Philippi ad Pastores & ministros Ecclesie Norin-
bergensis de concordia. (h) Vid. Mich. Neandri *Apophateg-*
mata, oracula, proverbia ac Sentent. vett. Hebb. &c. Conf.
Job. *Buxt.* *Bibl.* *Rabbin.*

§. II.

De Statu purorum naturalium apud omnes fere,
 quorum dogmata Theologica ordine perscripta vidi-
 mus, aliquid occurrit. Generatim vero quemadmodum

& equalis omnibus non est habitus res dijadicandi, judi-
 ciaque lata distincte proferendi; ita de hac etiam, quæ
 nostræ jam est disquisitionis, materia, diversa ratione
 suam aperuerunt *εἰ θεολογίας* sententiam. (i) In ver-
 bis tamen potius, quam re ipsa haec inter orthodoxos
 consistit discrepantia. Optime scil. in eo convenienter,
 quod doctrinam eorum, qui dogma istud de puris pri-
 mi hominis naturalibus instillare student, neutiquam ad-
 probent, sed veritati tamquam divinæ inimicam explo-
 dant, & ut noxiam proinde, omnibus rejiciendam,
 vitandamque doceant. Est autem Status iste *purorum*
naturalium, quædam conditio hominis, in qua natura hu-
 mana, nihil habens superadditum quod ei non debeatur, sed
 indifferens ad bonum & malum morale, in infantili quadam
 ignorantia absque peccato & absque gratia, non tamen abs-
 que pugna adpetitus sensitivi cum rationali, nec absque omni
 langore ponitur. Denominationis hujus rationem si quæ-
 ras, vix certe ullam adinvenire possum, nisi quod for-
 cassis vocabulum *purus*, impedimento forinsecus acce-
 denti tacite obpositum velint, qui impuris hisce dele-
 ctantur fictionibus. Adcuratius omnino opinionique sua
 magis convenienter cogitata patefecissent sua, si *mero-*
rum potius *naturalium* statum, funestum hunc ingenii
 sui factum adpellare voluissent. (k) Licet vero haec per-
 peram quod vel primo intuitu adparet, de protoplastis
 doceant commenti quod descripsimus patroni; id ta-
 men eis adscribendum non est, quod Adamum cum
 sua uxore in istiusmodi statu aliquamdiu revera vixisse
 existiment. Hoc enim totidem verbis negatum ab illis
 passim videre licet. (l) Animo autem, nescio qua inani
 subtilitate, separatim repræsentari considerarique volunt
 binos status, nimirum illum, qui fuit hominis imagine
 DEI ornati, & hunc quem purum dicunt, quos quidem

350

re ipsa quasi a se invicem distinctos sintunt, cum processu dubio in finem, ut eo tutius alios, quibus favent, eratores defendere, pluresque illorum sibi socios adjungere queant. Justitiam originalem & Sanctitatem, in statu integratatis, homini non concretam aut connaturalem, sed donum aliquod superadditum & supernaturale fuisse inculcant, eamque proinde cum certo sponsæ, cæstorie Simsonis, aureo Palladis fræno, & quæ his sunt similia extrinsecus rei cuidam accendentia & distinctim existentia comparare solent, supernaturalia naturalibus hic obposita, atque hæc ab illis perfici, corrigi, suspendi & quoties cum beatitudine perfecta pugnant, impediri, ne in devia hominem abripiant, operose non minus quam ingeniose, sed falso simul tradentes. (m)

(i) Neque mirandum aliquam hic inter Theologos occurrere differentiam. Vix enim ipsi sibi constant adversarii, dum absurdam hanc doctrinam explanare ac defendere student. Accidit scilicet illis hoc in casu quod in falsis erroneousque sententiis defendendis plerumque solet, ut per prius adserita subsequentia sepe evertantur, & destruantur aut vicissim.

Alienum vero fortassis non erit propria nonnullorum divinae Scientiarum Doctorum, quorum Scripta inspicere nobis licuit, verba haec de re breviter hic adponere. Celeb. J. Francisc. Buddeus ita ex mente Scholasticorum & Romanensium comparatum esse dicit *Status purorum naturalium*, ut homo non aliter quam hodie per naturalem nativitatem, ignorantia mentis, pravaque voluntatis concupiscentia laboraverit, variisque infirmitatibus fuerit circumseptus, bisce vero defilibus ut medela adhiberetur, atque homo justus sanctusque coram DEo compareret imaginem divinam ut donum aliquod supernaturale ei fuisse a DEo concessam. *Theol. Dogm. Lib. III. Cap. I. §. VII.*

Cl. David Hollarius hæc habet: *status purorum naturalium in quo homo conditus sit* & *deinde* indifferentis ad bonum & malum morale sine cognitione DEi Triunus, sine desiderio

desiderio vitæ æternæ, cum rebellione carnis adversus spiritum, variis in calamitatibus, morbis & morti expositus, vanissimum commentum est. Exam. Theol. Acroamat. P. II. Cap. I. q. 21.

Job. Bartholinus: statuunt Scholastici, Jesuitæ, & Novatores hominem fuisse in puris naturalibus conditum ita ut Adami natura in se condita fuerit cum virium rebellione, & quod concupiscentia in homine fuerit naturalis, & vitium naturæ ex conditione materiæ. Elem. Theol. Art. III. §. 24.

Hieronym. Kromayerus: *Homo in puris naturalibus hic est qui nec bonus est nec malus.* Et paucis interjectis: Homini quoque in puris naturalibus condito, ex materiæ conditione, sed citra intentionem DEi, concupiscentiam, quæ tamen ne in actum secundum erumperet, justitia originali ceu freno quodam inhibita fuerit, adscribunt. Theol. Posit. Polem. Part. Alt. Loc. VII. Aphor. III. §. 1.

Job. Adam Scherzerus: *Est autem status purorum naturalium ceu in compendium redegit Cornelius Jansenius, status in quo nec justitia nec sapientia, nec veritas, nec Deus ullo amore nisi carnali & vitorio diligi potest.* In quo nulla fruitio DEi neque parva neque magna, nulla beatitudo supernaturalis, nulla naturalis. *In quo nullus amor nisi creaturæ, nulla libertas arbitrii nisi noxia, nullus aetius nisi perversus & malus.* In quo perpetua contra semet ipsum lucta creaturæ, quam nec Deus dare nec creatura sedare potest. *Cui naturalia sint sola & omnia peccandi desideria quibus eadem naturæ lege indulgere liceat, qua etiam libet.* System. Theol. Loc. V. §. II.

Job. Jac. Rambach: Pontificii unter welchen sonderlich die Scholastici ein neues figmentum erjonnen de statu purorum naturalium, nemlich sie sagten Adam sey wie andere menschen erschaffen worden und ha-

de die bloße facultates naturales verstand und wissen in seiner Seele bekommen. Nachgehends aber sey imago Dei tamquam donum supernaturale dorzu kommen, als ein Gabe, welche nicht zur Natur des Menschen gehörret, sondern nur als eine Erne der menschen gesetzet. Schriftmäß. Erläuterung der Grundleg. der Theologie Joh. Anatasi Greylingshausen.

Job. Petrus Reuschius: status purorum naturalium in spiritu finito est status nudæ facultatis cognoscitivæ ac appetitivæ, quæ in utramque partem æque potest determinari; illa ad veram & falsam cognitionem, hæc ad bonas prævasque appetitiones pro cultura exercitioque istarum facultatum. Introd. in Theol. Rev. Cap. IV. §. CCLXXIII.

Martimus Pilgerus: status purorum naturalium dicitur in quo homo naturæ suæ nibil habens superadditum, quod ei non debitum sit, sive bonum sive malum, b. e. ut neque peccatum babeat pñnamque peccati comitem, neque ullum gratiæ naturam superantis donum. Theol. Dogm. P. III. Sect. II. Cap. I. §. 338.

Israël Gottlieb Canzius: Purae hominis naturalia ea dicuntur esse in quibus sine culpa homo officia sua nesciat, neque odio in Deum flagret neque eum amet. Putant ita hominem esse creatum, ideoque opus fuisse imagine huic naturæ accessoria i. e. supernaturali. Comp. Theol. pur. De hom. §. 12.

Job. Henr. Majus: Scholastici disputant quod justitia originalis non fuerit connaturalis sed cœu ornatus quidam additus homini tamquam donum, ut si quis formosæ pueræ coronam imponat, corona certe non est pars naturæ virginis, sed quiddam separatum a natura, quod ab extra accedit & sine violatione naturæ potest iterum adimi. Quare disputant de bomine & dæmonibus, quod etsi originalem justitiam amiserint, tamen naturalia pura manserint, sicut initio condita sunt. Theolog. Luth. puræ & Sinceræ Loc. V. §. XII.

Job. Andr. Quenstedt: Creavit DEus hominem primum Adamum & Eam non sibi h. e. neque justum neque injustum, constitutum scil. in puris naturalibus, vel etiam in infantili quadam ignorantia Theol. Didact. Polm. P. II. Sect. II. Quæst. I.

Job. Gerhardus denique hæc inter alia profert: Bellarminus disputat primum hominem in puris naturalibus a Deo creatum, ita constitisse carne & spiritu, ut hinc ex contrariis propensionibus existiterit in homine pugna & ex hac difficultas agendi dum una propensio alteram impedit. Loc. Theol. Tom III. Art. de imag. DEi Cap. I.

(k) Observante id eijam modo laudato Pilgero, loco citat. est, quoque dicta Kromayeri loco nuper dicto.

(l) Præter Bellarminum hypothetice hac de re docentem nominasse satis est *Georgium Calixtum*, cuius hæc in assertum nostrum in primis quadrant verba: *Hic fuisset status purorum naturalium si homo in eis relictus fuisset, verum ne momento quidem fuit sine supernaturalibus:* Epit. Theol. Part. Communis Part. II. Tit. de homine in stat. innocentie p. 95. Conf. Georg. Bernhard. Canzii adnott. ad comp. Theol. Pur. Parentis Isr. Gottl. Canzii loco de imag. DEi pag. 389. hæc verba: ad §. 12. pag. 366.

(m) Naturalem fuisse primo homini imaginem divinam & naturæ quia dem ad finem naturalem seu naturæ præfixum, consequendum debitam, dum evictum dederunt Orthodoxi. Producam unum, qui ex antiquioribus est Theologis, *Johannem Wigandum* cuius hæc sunt verba: *Et quidem ea DEi ordinatio ceu constitutio erat ejusmodi, ut illa dona, que ipsis naturis primorum hominum implantata erant, omnibus posteris ista propagatione communicarentur, nempe imago DEi vera & illustris & que ad eam pertinent. vid. Syntagma Seu corpus Doctrinae veri & omnipot. DEi ex Vet. Test. &c. per Johannem Wigandum & Matthæum Judicem. Confr.*

*Conf. Dissertat. De Imagine DEi, Præside Jacobo Martini
Prof. publ. habita Wittebergæ anno MDCXXI. §. 95.*

Ceterum difficendum non est, imaginem divinam sano etiam sensu, & ab adversiorum mente longe diverso, supernaturale donum dici quidem posse, quatenus ad essentiam humanam non pertinet & ab ea separati potest. Unde & Theologi inter id quod *constitutive* & *consecutive*, & id quod *impressive*, *transitive*, & *perfective* naturale est, distingunt, priori non posteriori respectu, naturalem fuisse divinam imaginem negantes. Cavendum itaque probe est, ne ambiguitas vocis: *naturalis*, confusionem hac in re pariat. Sumi potest natura vel 1:o pro essentia rei & attributis. Gal. IV. 8. 2:o pro eo quod rei adest simul atque existit Eph. II. 3. vel. 3:o naturale est quod in posteris propagatur, ut gentilis gentilem, Judæus Judæum generat Gal. II. 15. 4:o denique naturale est, quod rem ornat atque perficit, sic e. g. prolixiores cunes natura sequiori sexui datos, de decoro observando naturaliter monere docet Paulus I Cor. XI. 14. 15. Ex hisce secunda hoc loco obtinet acceptio, tertia tamen & quarta neutiquam exclusis. Atque sic quidem determinata vocis notione, facilis evadit intellectu doctrina de imagine divina naturali, supernaturalemque non nisi homini lapsi, vel non integrō, aut fatis non exornato competere posse, luculentem adparer.

§. III.

Quæstionem itaque hujus loci controversam non de purorum naturalium ante lapsum actuali existentia esse, vel ex his paucis licet jam delibatis concludere licet. Eo autem delabitur potius omnis hac de re pugna & contentio, ut disquirendum sit, an talis status mere naturalis, qualis fingi solet ac delineari, admitti ulla ratione queat, possibilisque sit censendus; ita nimirum ut homo quoad intellectum quamvis ratiocinatione & rerum creatarum contemplatione DEum cognoscere potuisse, actu tamen fuisse ignarus DEi, ejusque legis & æternæ felicitatis; quoad voluntatem sine desiderio beatitudinis, conversus ad bonum caducum & a DEo aversus, quoad appetitum sensitivum, decertans cum recta ratione, quam inter & sensum carnis perpetua sit pugna atque naturalis viuum rebellio; quoad corpus denique mortalis & dolores

ribus obnoxius, licet a peccato immunis. (n) Unde nec magis differret præsens nostra naturalis conditio, ab ista primi hominis, quam differt bonis suis privatus ab egeno, qui nihil possidet; neque corruptio naturæ humanæ ex amissione doni alicujus, aut perfectionis connaturalis, malave aliqua qualitate superacedente ac hominem inficiente, sed ex sola doni supernaturalis propter lapsum privatione derivanda esset. (o)

(n) Plura de statu huius controversia vide in *Kiliiani Rudrauffii Syllog. Extens. controv. Theologg. Diff. IV. Quæst. I.* & apud *Cl. Quenstedt* loco supra citat.

(o) Hæc te ipsa doceri quoque a Theologis Pontificiis, ex mox adiiciendis patebit. conf. interim *Christiani Chemnitii Annotatt. in Cateches. D. Cunr. Dieterici Loc. de imag. Dei Controv. III.*

§. IV.

Lux vero hisce omnibus adfulgebit uberior, si historicæ quæ sunt harum næniarum, perspecta habueris. Nunquam enim facilius & melius res perspicitur, quam quum quæ eam circumstant, simul fuerint percepta. Fundamento haud caret eorum adseratum, qui statum purorum naturalium phantasma esse ex *Pelagii Schola* hauustum adserunt. Notum quippe est, famosum hunc hæresiarcham ea sparsisse dogmata, quæ doctrinæ de puris naturalibus non solum fundamenti loco esse possunt, sed ipsam quoque vel ingrediuntur, vel quam proxime eidem sunt conjuncta. (p) Negato namque peccato originali, quod defectum virium bene operandi & habitualem ad omnis generis mala inclinationem ac dispositionem involvit, quum, ut cætera jam omittam, naturam parvolorum talem hodie esse, qualis fuit Adami ante prævaricationem doceret, puritatis istius tantopere jactatæ præconibus fucum omnino fecisse censendus est.

(q)

(q) Longius autem hoc in negotio processerunt alii, quos Neo-Pelagianos haud immerito dixeris, Scholasticos puta ac Pontificios, & horum quidem licet non omnes attamen plerique, iisque tantæ apud asseclas suos auctoritatis, ut ejus si habenda fuerit ratio, omnibus quæ docuerunt, facile adscribas. Nominari hoc solent respectu, præsertim *Scotus*, *Bonaventura*, *Hugo de S. Victore*, *Gregorius de Valentia*, *Driedon*, *Tapperus*, *Vega*, *Bellarminus*, *Pererius*, & alii. (r) Instar omnium est & agmen quasi dicit *Bellarminus*, qui quam distinctissime suam in hisce aperit mentem & varii generis argumentis sententiam suam defendere adnititur. (s) Observari quoque præ cæteris meretur *Pererius*, qui licet sana multa, & a nostratis quoque probata, in hoc etjam articulo tradat, non tamen pauciores quam sex fingit status naturæ humanæ, quorum primum ponit in puris naturalibus, scilicet dum homo sit sine gratia DEi & sine ullo peccato, qualem quidem conditionem a statu primi hominis iustitia originali prædicti, satis aperte multoque adparatu distingvit; vitiositatem quoque humanæ naturæ, lapsu contractam, pro sua virili simul extenuat. (t)

(p) Hoc præter alios jam satis ostendit *Beat. Martinus Chemnitius* ita disputans: *Quæstio igitur est, an eodem modo mens & voluntas ex prima nativitate insitam habeant talem potentiam, tales vires & facultates, ut quando homo verbum DEi legit audit & cogitat, possit sine Spiritu Sancto, ex puris sicut Scholastici loquuntur naturalibus, concipere tales motus, & elicere tales actiones in mente voluntate & corde, quales ad contritionem, fidem & novam obedientiam scriptura requirit.* Et ita quidem *Pelagius* olim sensit & docuit. Sed ab hac sententia Pontificii affirmant se prorsus alienos esse. Et idem etjam *Andradius meus* prolixè contestatur. Sed ejus memoriam oportet valde esse labilem. In

principio enim quarti libri prorsus oblitus est ejus, quod per multas paginas prolixia oratione in fine tertii libri disputationat: Philosophos sine verbo DEi & sine spiritu regenerationis naturalibus notitiis & viribus pervenisse ad veram fidem & justitiam, qua salvati sint, adjuncto illo tantum auxilio DEi, de quo Cicero etiam dicit nullam excellentem virtutem in Etnicis fuisse sine afflato divino. Quantum enim hæc absint ab ipsissimo Pelagianismo vel cœci vident. Illam vero Andradianam disputationem ideo memori mente reponemus, ut noverimus non serio sed pro forma tantum quod dicitur fieri, quando Pelagianismum damnant Pontificii. Non enim arbitror audebunt damnare Andradit sententiam, quod sine verbo DEi, & sine spiritu regenerationis Philosophi habuerint veram fidem, Paulinam justitiam & vitam æternam. In ipso enim concilio Tridentino Andradius illud scripsit. Exam. Concil. Trid. Part. I. Loc. de Libr. Arbitr.

(q) Dixerat Augustinus contra Julianum: *Frustra putas ideo in parvulis nullum esse delictum, quia sine voluntate quæ in eis nulla est, esse non potest. His contraria tradidisse Pelagium, vel ex iis patet, quæ de eo referunt Auctores Diction. Hist. Litter. & Critique, inter alias hæreses monentes cum docuisse: Que les enfans qui naissent, sont au même état qu'il étoit lui même (Adam scil.) avant son peché. Conf. dist. op. Tit. Pelage. Omittendum vero neque hoc loco est, quam de historia ac origine purorum naturalium agitur, Aristotelem cumque secutos paganos saniores credidisse hominem sōlenor nec malum nec bonum nasci. vid. Arist. Ethica. conf. etiam Hieron. Kromayeri Scrutin. Religg. Dis. II.*

(r) Dabei ist ferner, ait Wablbius, anzumerken daß die Scholastici und nachgehends verschiedene neuern Papisten gelehret daß der erste mensch in eben einen solchem stand darinnen ichs der mensch gebohren wurde, erschaffen worden, und also derselbige allerhand schwachheiten der seelen und des leibes auch dem todt selbst unterworffen gewesen. vid. ejus Einleitung &c. Tom. II. Cap. III. §. XXIX.

(s) Adponam in robur eorum, quæ dixi, ipsa ejus quæ hoc pertinet verba

verba ex Lib. ejus de gratia primi hominis Tom. IV. Cap. V. Sciendum est primo hominem naturaliter constare ex carne & spiritu, & ideo partim cum bestiis habere propensionem quandam ad bonum corporale & sensibile in quod fertur per appetitum sensitivum, ratione spiritus & communonis cum angelis, habere propensionem ad bonum spirituale & intelligibile, in quod fertur per intelligentiam & voluntatem, ex his autem diversis & contrariis propensionibus, existere in uno eodemque homine pugnam quandam & ex illa tregua ingentem bene agendi difficultatem, dum una propensio alteram impedit. Sciendum secundo divinam providentiam initio creationis ut remedium adhiberet huic langvori naturae humanae, quæ ex conditione materie oriebatur, addidisse homini donum quoddam insigne, justitiam videlicet originalem, qua veluti aureo fræno pars inferior parti superiori, & pars superior DEo facile subjecta contineretur. Sic autem subiectam fuisse carnem spiritui, ut non posset ipso invito moveri, neque ei rebellis fieri, nisi ipse foret rebellis DEo. Paucis interjectis ita pergit: Neque deterior est humana natura si culpam originalem detrahias, neque magis ignorantia & infirmitate laborat, quam esset & laboraret in puris naturalibus.

(t) Verba Pererii hæc sunt inter multa alia: Sex humanae naturæ status animo fingi & cogitatione designari posse ante omnium scire convenit, quorum alii revera sunt & fuerunt auctorunt aliquando, alii vero nec sunt nec erunt nec fuerunt unquam, sed esse tamen possunt. Primus status est hominis sine gratia DEi & sine ullo peccato constituti: quem in Scholis appellant statum hominis in puris naturalibus, - - - quartus est hominis justitia originali prædicti & ornati. Paucis interpositis: Eodem enim modo se habet nunc homo in statu naturæ lapsæ, ac se habuisse si in puris naturalibus esset creatus, peccatum enim Adami nihil de his, quæ naturalia sunt homini aut perdidit aut diminuit, tantumque removendo justi-

tiam originalem, propter quam humana natura erat recta, integra & in naturalibus bonis perfecta, fecit ut sibi ipsa relinquetur illo bono privata. &c. Comment. & Disp. in Genesis Tom. I. Lib. V. Disp. de tertia excellentia stat. innocentiae &c.

§. V.

Qui præter hos, purorum naturalium statum, si non eodem quo illi animo, pari tamen opere defendere, doctrinamque de eo disseminare merito censentur, plures omnino sunt, quam ut omnia opinionum in hisce deviis monstra recenserri jam queant. In castris hisce militare Socinianos, Arminianos Remonstrantes, Calvinianos nonnullos, aliosque naturæ nimium tribuentes, quis dubitabit, nisi eorum quæ illis placent prorsus ignarus? (ii) Judæos etjam auxiliatrices his præbere manus ex scriptis eorum placitisque constat. (v) Sed neque reticendum hic est, quod Ecclesiæ Græcæ seu Orientalis dogmata quemadmodum in multis non procul distant a statutis Pontificiorum, ita in iis quoque quæ statum hominis concernunt primævum, haud parva & ea quidem puris naturalibus inserviens, inter utrosque deprehendi videatur convenientia. Ad quæstionem etenim de statu innocentiaz hominis, sive puritatis, duplicem esse generatim respondent Græci, prioremque in voluntaria quadam a peccato discessione, proprio deliberatoque consilio facta, consistere existimant. Alter vero ex mente illorum simplex est mali inscientia & imperitia sive ex tenellula ætate, sive ex aliis causis proveniens. Atque posteriori quidem hoc modo comparatam fuisse Adami ante lapsum innocentiam integritatemque, conjunctam licet cum summa absolutaque perfectione ac justitia infita intellectus & voluntatis. (x) Minime vero omittendus hoc loco est Celebris ille Petrus Poiret, qui uti in aliis

aliis insana s^epe & absurd^a tradidit, ita imaginem DEi in homine descripturus blasphem^a multa & nefanda effutti^t, lampadi purorum naturalium oleum simul adfundens. Realissimam hic partem essentiæ divinæ, imaginem DEi in homine esse dictabat, ac domicilium & vas replebile Sacro Sancta Trinitate, habere que desiderium, intelligentiam, acquiescentiam & libertatem. Desiderium istiusmodi porro in DEo Patre, si solus spectetur, imo tenebras, anxietatem & dolorem sibi erat imaginatus, atque hinc concludit animam hominis imaginem Trinitatis gerentis, non posse non ita se quoque habere. Unde in eadem anima, in purissimis suis naturalibus, non solum desiderium, sed etiam æternæ miseriæ fundamentum delitescere, inter reliquias impias suas ineptias somniabat. (y)

(u) Conf. Autores supra citatos. De Socinianis speciatim refert Walchius ex Smalcio contra Franzium quod hunc in modum doceant: *W^{al}dem sey vor der sünden, wie ein kleines Kind gewesen, der nicht elnnahl wissen können was das sey, wenn man nackend wäre.* Vid. ejus Relig. Streitig. suo loc. De Remonstrantibus, eos scilicet cum Socinianis in Artic. de imagine DEi convenire, docet ibidem. Huc quadrant quoque verba Johannis Hoornbeek: *Remonstrantes aut ipsa Sociniana dogmata in multis arripuerunt; aut plerosque Theologiae Articulos inflexerunt & si non in thesi ipsa, vel eam tradendo integrum Socinianis; vel ejus elevando certitudinem aut necessitatem in illorum gratiam; in ejus explicatione & defensione Socinianis quantum possunt accessere; & ad eorum mentem pbrasim, stylum, omnia accommodarunt.* Vid. Ejus Summa Controversi. Relig. Lib. VIII.

(v) Aduliss^e hoc loco sufficiat sententiam Rabbini ita inter suos celebris, ut teste Buxtorfio commentaria illius, commentariis omnium aliorum præferantur. It is רשי five Rabbi Salomo Jarchi, verba autem ejus וַיֹּכְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם מֵעֶשֶׂת בְּרָאשָׁוֹת hæc sunt: **בָּצָלָמוּ**

באלמו לרבין העשו לו של נברא במאטר וזה
נברא ביום שנאמר והשוו על כפכה געשה-בחותם
כמطبع העשויה על ידו רושם טקוריין קוניין וק הוא
אומר תהפך בחומר חותם: צלם אלוהים ברא אותו
פיירוש לך שאותו צלם המתוון לו צלם דובקן ווצורך הוא:
זכר ונכח ברא אותן להלן הוא אומר ויקח אחת
מצלעונו וגו'

Ex quibus Sapientis hujus effatis satis adparet cum docere ad imaginem divinam tamquam per sigillum quoddam aut annulum signatorium prius praeparatum, hominem formatum esse; haud secus ac numos suos mediante instrumento fabricari, genuinamque tum demum characterem eis imprimere solent monetales. Talis vero Philosophia cum iis, quæ supra diximus collata, quantum ad statum purorum naturalium adserendum conduceat, non e logginquo patet. Infantilis quadam ignorantia etiam laborasse protoplastos nostros ante lapsum, existimavit Rabbi hicce, id quod ex explicatione ejus ad verba textus: **שֶׁלְאַ הִי וּדְעֵוִס וּרְךָ צְנֻחוֹת לְהַבְחֹן בֵּין טוֹב לְרֹעַ:** Gen. II: 24. conspicitur, quæ ita habet: **וַיַּצְאֵר יְהוָה אֱלֹהִים וְיִזְרֵר טָבָב (י)** per alterum vero **הַרְעִירָה** indigitati augurantes; interdum licet quoque duplēcēm hic denotari homini formationem terrestrem & cœlestem dicant, vel etiam duo secula præsens scil. & futurum, ad quorum utrumque conditus est homo. cfr. *Leusden. clavis Hebr. in Genesin Cap. II. v. 7.* His nec dissona videntur esse verba Rabbi David. Kimchi in Comment. ad Pl. CIII. 14. **וְחַנָּה בַּטְכָע חָדָם שַׁוְחָטָא כִּי רְאוֹת הַכְּמִינָה בָּו וְאַמְּלָת פָּנָיו** Ad huc, & quidem in primis ad vocem **בְּהַמִּוֹת** adtendens quisvis, non potest non in memoriam revocare ea, quæ in antecedentibus observavimus de Bellarmino inculcante, propensionem hominis ad bonum sensibile e conditione materiæ ortam, eique cum bestiis communem esse. conf. Adnotat. Job. Georg. Abicht in **פְּרוֹשָׁת נַח** פרשׁת נח Cap. VIII. 21.

Ceterum quoadmodum non omnia, que dixerunt **Rabbini**, nage sunt
quisquiliaque; ita que superioribus castigandis adprime inserviunt egregie
plane dicta **R. Iacaci Karro** in mox hic adscribere ha-
bet. Hoc autem ille de ratione denominationis arboris scientia boni & mali:
וְעַד הַדָּעַת טוֹב וְעַד שְׁרוֹן לְחַקּוֹר סְגֻלָתוֹ וְכַפֵּר מִשְׁמָעוֹת
טוֹב וְעַד נְرָאָה שְׁקוֹס שְׁחָתָא לְאַחֲרֵיהֶن טוֹב
לְרֹעַ וְאַם כִּן תְּבִילָות בְּרוּאָת אֶחָם לְאַרְוחָה אֶלְאָ כְּשִׁיחָה
כְּבָזָמָה שְׁאַרְמָה וּוֹדָעָת בֵּין טוֹב לְרֹעַ וְהָאָי אֶפְשָׁר מִפְנֵי
כְּמַתְּ רְבָרוֹת: א' שָׁאַפְּסָקָן מִצְמָעָה חֹוטָא נְשַׁכְּבָר שְׁחִיחָה כְּחִוּוֹת
הַשָּׁהָה וּכְשָׁחָתָא נְחַקּ לְאַיִשׁ בָּעֵל שְׁכָל: הַבָּשָׁאָמָר
וּוּבָרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָל בְּצָלָמוֹ וּבָז' הָז' וּזָאוּ יְיָ אֱלֹהִים
עַל הָאָד' וְאַיִן דְּכוּר הַש' וּמְצָחוֹת לְכָהָתוֹת: הַר' שְׁבָחָכְמָתוֹ
זְרוּולָה קָרָא שְׁמִיתָ לְכָל הַכְּהָמוֹת וְהַחִיוֹת וּמְנ'

Vides L. B. quatuor fortissimis rationibus refelli in hisce, illum de i-
gnorantia differentia inter bonum & malum, que primo homini adscribitur
errorem. Prima est, quod supposita tali ignorantia, homo propter peccatum
præmissio suis adfectus, & ex bestia simili sapientia evasisset. Secunda ex-
inde desumitur, quod dictum sit in Scriptura DEum creasse hominem ad i-
magine suam. Tertiā suppeditā verba Scriptura: & præcepit DEus
Adamo &c. Sermo enim, ait **Rabbi**, DEi & præceptum ad bestias fieri
nequit. Quartā hæc statuit: quoniam per sapientiam suam magnam no-
mina imposuit animalibus, bestiis, avibus &c. Rabinica hæcce de cetero in
memoriam sive revocant **Ophitas** ab errore isto de ignorantia hominis in-
tegri nequaquam suis immunes: adeoque nec hoc loco prætereundos. Co-
lebant nimis hi Serpentem, quod velut inquietabant humano generi cogni-
tionem adulterat. Id quod eo magis hoc loco obliterari meretur, quod ex
Judaïs natam esse hanc settam Auctor sit **Moshemius**. Vid. ejus inst.
Hist. Eccles. Sec II. P. II. C. V. §. XIX. (x). Hæc &
alia hæc pertinentia, ex **Orthodoxa Confessione Catholice** atque
Apostolice Ecclesie Orientalis A.o 1643 Solenniter confir-
mata sunt **Christian. Eberhard. Weissmannus** in **Memora-
bil. Ecclesiast. Hist. Sacr. N. Test. Sec. XVII. §. XLI.** (y)
Delictamenta ista Fanatica plenus si placet recentissima, si in quoque refutata legi
possunt apud **Job. Wolfgang. Jägerum**, in eius **Exam. Theol. Novæ
Controv. XIV.** Addi possunt ex **Walchio** Libr. cit. hæc ad Theos
Huius

Jogiam ejus spectantia: die untern kraften der Seelen welche sich mit den
Creaturen oder mit den Sachen außer Gott beschäftigen, wären die ver-
kunst und ihren bildern, die imagination, die Sinnen, die Leidenschaften
von denen man sagen könnte, das sie in so weit außerwesentlichen Theil
des Göttlichen ebenbilds ausmächten, so fern Gott außer sich selbst auch
die Creaturen betrachtet &c.

§ VI.

Non autem apud illos solos, qui heterodoxiae dediti
τοντούς οὐγανότων λόγων deseruerunt, atque a communitate
ac societate veræ ecclesiæ palam defecerunt, in deliciis
sunt pura naturalia. Fuere intra pomoeria ipsius etiam
coetus Lutherani, qui doctrinam hanc explicuisse, defendisse,
ac robur ei addidisse censentur. Academia Helm-
stadiensis, quæ ob nimiam, quam sibi sumferat sentien-
di libertatem, jam dudum reliquis Lutheranis non satis
bene audiebat, superiori seculo præsertim his agitabatur
turbinibus. Sinu suo hæc fovebat præclari cæteroquin
nominis Doctorem, *Georgium Calixtum*, qui non solum
propter summam eruditionem, & insignes animi dotes,
sed præprimis etiam propter ordinem & nexum denuo
in Scientiam Theologicam introductum laudari solitus,
a Theologis pietatis quoque Zelo claris, magni fuit ha-
bitus. Hic dum in *Epitome* sua *Theologiæ*, quæ Anno
MDCXXXIV prodiit, magno adparatu, quod magnorum
virorum est proprium, inter alia de statu purorum
naturalium agens, quæ antea hac de re confusius tradeban-
tur, distincte enodavit, & genuinam ejus indolem, quidque
homo in eodem constitutus valuisset sigillatim exposuit;
occasionem adversariis suis minus benigne de se sentiendi,
nescio quanta cum sua culpa, subministravit, (z) atque
de aliis præterea magis minusve vicinis dogmatis men-
tem suam exprimens, istiusmodi usus est loquendi for-
mulis, quæ haud immerito suspicionibus istis ulterioreum
locum

locum dederunt, (aa) *Calixtum* secuti sunt uti in aliis ejus placitis; ita in hoc quoque, potissimum *Conradus Horneius*, Prof. itidem Helmstadiensis, & ad Academiam Regiomontanam Professores, *Christianus Dreierus*, atque *Johannes Latermannus*. Horum ille, ut eodem tempore, ita eadem quoque ratione docuit, iisdemque armis quibus usus erat *Calixtus*, collegæ huic suo adesse studebat. Iste, cognitionem primi hominis, justitiam & Sanctitatem in statu innocentiae naturalia homini dona non fuisse, quemadmodum nec hodie sunt, tradidit, facultates animi superiorem atque inferiorem, secundum naturalem inclinationem & propensionem invicem pugnare, imo aliter quam cum naturali istiusmodi adversus rationem repugnancia, hominem creari non potuisse inculcavit. Hic denique, peccatum originale adæquatam non esse damnationis causam, hominem post lapsum indifferencia voluntatis ad bonum & malum gaudere, velle se convertere in ipsius esse hominis potestate, & alia ejusdem indolis, quæ huc pertinent, quo vero animo? urgere solebat. (bb)

(z) Ex occasione eorum quæ in dictæ *Epitomes Communis partis parte Secunda*, pag. 94. 95. 96. &c. proponit, hunc in modum judicant *Theologi Wittebergenses*: Rejicimus eos, qui docent justitiam originalem primi hominis congenitam quidem fuisse tempore, naturæ hominis protoplasti, fuisse tamen supernaturalem, non innatam, nec implantatam, congenitam fuisse non ingenitam, sed superadditam instar fræni naturalem rebellionem compescientis. Ita docet D. Georg. *Calixtus*, Toties namque vocat dona supernaturalia dotesque supernaturales, quoties fere justitiae originalis facit mentionem, in primis autem notatu digna sunt verba nempe hæc: porro imago illa DEi quam homo in lapsu amisisse dicitur, non fuit naturalis suens aut dependens ex naturalibus princ.

piis (alioquin naturalem dicere potes si nihil aliud intelligas quam cœpisse, sive ab ipso ortu & origine naturæ fuisse) sed supernaturalis peculiari DEi dono concessa justitia, innocentia & integritas. Ex Thesis LXII. Exercitationis Calixti de peccato originali Anno 1649 Helmstad. habit. hæc referunt: *Quia in posteris Adami non est donum & axioma illud supernaturale Adamo collatum; naturam eorum relinquit qualiter diximus (in statu mere naturali futuram fuisse) nempe intellectum impotentem cognoscere, voluntatem inordinati sorversam, & aversam, & adpetitum rebellem, sicut equus quamdiu uult frænum & sessor facit officium rectaque via graditur, quamprimum abscesserint, non per ferociam aliquæ aut de novo superadditam, sed per suam ipsius indolem exorbitat, & suo impetu fertur, sic etiam potentiae humanae destitutæ justitia originali.* Hæc quemadmodum cum ipsoorum Pontificiorum verbis coincidere adparet; ita observati etiam meretur, *Calixtum* argumentis ad defendendam hanc sententiam insuper usum fuisse, haud secus ac a *Bellarmino* varia eundem in finem adhibita esse, denrehendere necet. *Conf. Kromayeri Theol. Pos. Polem. Art. VII. Antibus. Thes. III. subnexa, & Gerkard. Loc. Theol.*

(aa) Sic integrum apud omnes tres Religiones majores, in ecclesia Occidentali servatum esse putabat fundamentum fidei, Symbolumque Apostolicum omnia, quæ salutem scitu crediente necessaria sunt continere urgens Syncretismi merito reus est actus. *DEum quoque causam peccati esse indirecte, improprie, & per accidens,* scripsit. *Epitom. Theol. pag. 133.* Quid: quod cum veritate orthodoxa vix ac ne yix quidem conciliari possint, quæ statum purorum naturalium per octo momenta delinens, Sexto illorum, his proculi verbis: *Adpetitus sensitivus naturaliter fertur in bonum jucundum, judiciumque mentis, quæ novit honesta jucundis præferenda esse, sæpe antevertit, sæpe cum eo decertat.* *Epitom. Theol.* loco supra citat.

(bb) Vid. *Consil. Theolog. Wittebergens. Part. I. Titt. Consens. Repetitus vera fidei Lutheranae &c. Artic. II. & XIX. Augst.*

*August. Confessionis; Judicium de D. Dreieri erroribus;
atque Censur. de controversia Regiomontana, in causa di-
putationis Latermannianae.*

§. VII.

Indolem hypotheseos purorum naturalium ex hisce consideranti facile patescere potest, eam ob caussam in devia hæc lapsos esse adsertores ejus, quod vel ex latrone rationis ea dijudicare ac explicare conati sint, quæ eidem tamen sunt impervia, vel eadem usi decempeda statum hominis integri, ad conditionem generis nostri jam lapsi, ac in miseria constituti exigere allaborarint, in immensa ista diversitate subjectorum, eadem vel similia prædicata ne speranda quidem esse, haud reminiscentes. Hoc autem in stadio recta non incessisse adversarios tanto minus erit mirandum, quanto certius hæc delirantium somnia cum aliis illorum erroribus magis minusve capitalibus, arcto nexu conjuncta esse constiterit. Nexus iste & cohærentia, multis utique ad oculum usque ostendi posset, si per exempla hic ambulare nimis longum non foret. Adferam igitur unum tantum vel alterum, ita comparatum, ut veritas adseri nostri mox elucescat. Doctrinam v. g. de *libero arbitrio, viribus que D^{eo}, accendentibus solum motris, obedientiam praestandi*, quas homini etiam in spiritualibus post lapsum adscribere solent considera, & in puris naturalibus fundamentum ac robur maximum ei esse intelliges. Meritum porro de *congruo & condigno*, quod in negotio justificationis peccatorum docent, & ea quæ de *peccatis venialibus æterna morte non dignis*, atque de *sola fide non justificante præcipiunt*, perpendens, puram certe natu-ram hæc requiri, facile concludere poteris. Meditare denique adserta, quibus *opera post primam justificationem*

*falsa habitumque pietatis augmentia, æternam vitam cœ
mercedem mereri, (cc) concupiscentiam pravam ad pecca-
tum originale non pertinere, (dd) carnalemque tantum ho-
minis partem, aut potentias quæ infra rationem sunt,
per peccatum corruptas, rationalem vero, i. e. intellectum
& voluntatem integras mansisse, (ee) quæ vera sunt judi-
care, optima hortari, ac nonnisi pia salutariaque elige-
re statuitur; atque nullum de nexus, quem diximus, re-
manere dubium existimabis.*

(cc) Pontificiorum hæc esse dogmata, quantumcumque ambigue in
decretis concilii Tridentini ea sepe tradant, ubique fere videre licet. Mis-
sis itaque illis, atque illorum complicibus, addam verba præcursoris illorum
Thomæ Aquinatis, qui in *Conclusione ad Art. I. Quæst. CXIII.*
prima secundæ, hæc sunt: *Potest homo apud D'Eum aliquid
mereri, non quidem secundum absolutam justitiae rationem,
sed secundum divinæ ordinationis quamdam præsuppositio-
nem, prout scilicet id tamquam mercedem consequitur homo per
suam operationem, ad quod ei D'Eus operandi virtutem de-
putavit.*

De hoc merito, ait Petrus Lombardus Libr. II. Dist. XXVII.
Lie. E. *Cum ergo fides dicitur mereri justificationem & vi-
tam æternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per a-
etum fidei meretur illa. Similiter de caritate & justitia
& de aliis accipitur. &c.* Huc pertinent quoque ea, quæ docet mo-
do dictus Thomas in ejusdem Quæst. Conclusione ad Art. III. *Opus ho-
minis justi ut ab inhabitantis spiritus sancti cuius infinita
est dignitas, gratia procedit, vita æterna meritorum est ex
condigno, non autem de condigno meretur ut a libero ejus
arbitrio procedit, propter maximam inæqualitatem; licet
congruum sit ut homini secundum suam virtutem operanti,
D'Eus secundum virtutis sue excellentiam recompenset.* (dd)
Patres Tridentini dicunt: *Si quis per Jesu Christi Domini nostri
gratiam, quæ in baptisme confertur, reatum originalis
peccati*

peccati remitti negat, aut etiam afferit non tolli totum id quod veram & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit radi aut non imputari anathema sit. Hanc porro aium, concupiscentiam quam aliquando Apostolus peccatum adpellat, Sancta Synodus declarat ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum adpellari &c. Impia audacia! id peccatum adpellare nō le, quod Apostolus per Georgiusias ita adpellat. const. Hieron. Kromayeri Scrutin. Relig. Disp. XII. Part. I. Tb. 19. Hoc loco autem reticendum non est, satis non convenisse inter ipsos Pontificios in hocce Articulo, quod & in aliis factum sepe novimus. *Augustinus* quem teste *Walchii* ante illum *nemo* definitionem peccati originalis tradidisset, eam per concupiscentiam explicuit, quod deinceps aliis quoque fuit receperum, donec Sec. XI. *Anselmus* per meram privationem justitiae debite, id describeret. Successu temporis disputari est cōptum ultra harum definitionum *Augustiniane* an vero *Anselmi* praeferenda esset, quibusdam hanc, aliis vero illam anteponendam judicantibus, nonnullis quoque utramque adprobantibus. Hinc non mirum est, quod deinceps etiam in variis opinione & sectas circa hanc doctrinam abierint Papistæ. *Imo Pighius*, verba sunt *Danielis Chamieri*, Epit. Panstratiæ Cathol. Tom III. Lib. I. Cap. II. §. VIII. quid sit peccatum originis, & in quo consistat, ecclastica definitione certum non esse afferit. Hinc varias fuisse & esse sententias. *Andradius* etiam docet ipsum Concil. Tridentinum cum definiret peccatum originis vere esse peccatum unicuique proprium, illius propriam rationem consulto silentio involuisse, & ita liberum cuique relictum optnari, modo vera peccandi ratio integra conservetur. (ee) Dissipatis, has errorum nubes levè negotio vi- dulent, quotquot iis sese occurrari sunt passi, si attendissent modo, ad emphaſia verborum Mosis Gen VI. 5. מהשבות לבו וקرع כל היום que non incongrue per terminum abstractum: tantummodo malum, sive malitia, reddi possunt, confr. Gen VIII. 21. Quid? quod observante *Mattbia Flacio Illyrico*, Christus Job. VIII. 44. Satanae carne & appetitu sensitivo carenti, cupiditates & concupiscentias, adscribat iniquas: וְעַסֵּךְ בְּנֵי מִצְרָיִם תְּשִׁיבֶת לְאַתְּ מִגְעָנִים.

et materie opus deinde constat, ejus Clavis S. S. p. I. Tit.
concupiscere.

§. VIII.

Quemadmodum denique ex adlatis satis patet, quæ sit ratio doctrinæ de *statu purorum* naturalium; ita ad percipiendam ejus falsitatem longo opus non est ratiocinio. Licet enim dicta S. S. quæ imaginem divinam homini cum crearetur adjunctam & inditam, nec post creationem demum ei additam fuisse, directe & expresse evincerent, non suppetant; ratiocinando tamen veritas illa satis intelligi potest ac demonstrari. Non poterat ex manu DEi prodire creatura rationalis, quæ Creatorem super omnia amandum Mat. XXII. 37. non amaret. Creaturæ notio summa beneficia infert, idea autem creaturæ rationalis facultatem beneficia agnoscendi includit. Per se itaque, ubi non adfuerit obstaculum, adhæret creaturæ rationali, ut sit DEi solide gnara, ejusdemque sine fuso amans, in quibus sapientia se exserit & sanctitas, ad justitiam originalem requiri solita, quoties doctrina de imagine DEi explicanda fuerit. Supernaturalia quoque dona potissimum DEo ut Redemptori, non ut Creatori accepta sunt ferenda, atque propter lapsum ex ineffabili misericordia concessa, Rom. VIII. 3. haud secus ac miracula propter infideles. I. Cor. XIV. 22. Hinc gratia DEi etiam vocans, convertens, justificans, &c. peccatum supponit, id quod de imagine DEi statuere absurdum foret. Ergo absurdum quoque est, hanc supernaturalem, aut post creationem superadditam dicere. Admisso igitur statu purorum naturalium, hominem perfectionibus, quibus potuisset, ab initio non fuisse ornatum; immotius universi Sanctissimus Conditor caussa mali, quod vel mente concipere nefandissima est impietas, statueretur.

retar. Et si vel de possibilitate modo purorum natura-
lium, queratur, idem obvenire absurdum facile adpa-
rebit. Illa ignorantia, ac rebellio hominis naturæ inhæ-
rens, & quæ præterea finguntur, ei jam tum condito
indita fuisse, cuinam nisi ipsius naturæ Auctori esset ad-
scribenda? (ff) Hoc per se satis est planum & a Theo-
logis maximi nominis perspicue ostensum, dilutis simul
argumentis, quibus opinionem suam confirmare student
contra sentientes. (gg) Ad commentorum igitur istorum
struem destruendam plura hic adferre supervacaneum;
tantorum vero virorum tam exactis laboribus quidpiam
addere velle, animi non prudentis sed levis quidem es-
set indicium. Minime itaque licet nos fugiat, applicari
ad brevem hanc disquisitionem nostram posse verba R.
Mosis B. Majemonti, dicentis: **רַבְרוֹת אֶלָו שָׁמְרָנוּ**
כִּי יֵצֵא זֶה כִּמו טֻפָּה מִן הַיּוֹם שִׁמְרָנִי
(hh): pedem tamen tuto hic jam figi-
mus, subinde cum Judæis precantes: **וַסּוּ הַקְרֹושׁ בְּרוֹן**
(ii) **הַוָּא הַיְשָׁר הַרְעַ פָּתָחָנוּ** atque cum Sancto DA-
VIDE ingemiscentes: **זָכָר רַחֲמִין וְהַוָּה וְחַסְדֵין כִּי**
מעולם היפה: **אַנְיָ בָּצָרְק אַחֲחָ פְּנֵיךְ אַשְׁבַּח בָּרוּךְ יְהֹוָה תְּמִינָה:**
(kk).

(ff) Preclare hanc in rem dicit *Casparus Erasmus Brochmand:*
*Quis enim adeo stupidus est, ut non facile intelligat rebel-
lionem illam carnis & spiritus quam in primo homine ad-
huc integro fingunt Pontificii, non posse ulla ratione con-
fessere cum primigenia hominis perfectione, integritate &
sanctitate? Quia namque quo^{rum} veri similitudine diceretur
valde bonus, ad imaginem DEi conditus, plene & perfe-
cte justus, atque sanctus, in quo caro spiritui, appetitus
rationi adversabatur. Scriptura certe concupiscentiam illam
carnis quam Pontificii primo homini adhuc integro natu-
ralem*

ralem fuisse volunt inter peccata diserte numerat. Audi Johanneum I. Epist. II. 16. &c. Vid ejus System. Univ. Theolog. Art. IX. Cap. II. Quest. III.

Plurima olia, quæ ex hypothesi *purorum naturalium* prolaunt *conscientia*, & incommoda, veritati coelesti repugnantia brevitate studio jam præterimus. Nominasse saltem sufficiat *Gnosticismum* & *Quicquidismum* falsorum spiritualium, qui per distinctionem inter hominem *externum* & *internum*, inde deductam corroboratur; errorem, quo *Christum Redemptorem nostrum*, *naturam nostram corruptam* & *concupiscentias* inde manantes assumisse statuitur, ut exemplo suo *ziam* *victoriae de iis reportande ostenderet*; tamque, quæ doctrina de perfectione Christiana, per spurious illatos conceptus infertur corruptionem; De qua conf. omissio *Disputat. inaugur. Doct. beat. mem. Andree Bergii, de perfectione Christiana*, quæ ante triginta & aliquot ab hinc annos in lucem edita, *Musas Auraicas* exhilaravit.

(gg) Præter *Gerhardum* & modo laudatum *Brochmand*, ut alios iam raceam, acute ut solet, atque distincte hanc explanavit controversiam *Celeberrimus* nostri ævi *Theologus Joannes Ernestus Schubert*, in suis *Vernunftige und Christliche Gedanken von dem Ursprung und ersten Vollkommenheit der menschen*. Docet vir hic Maxime Rev. exposta primum per distincta momenta questione, humanam naturam absque justitia originali non fuisse perfectione debita gavissim. Licet enim absque illa, *essentialiter* perfecta esse potuisset, quam primum anima rationali & corpore organico fuit prædictus primus homo; *accidentaliter* tamen perfectione caruisset, quandiu justitia originali fuit destitutus. Hac enim posita, ponitur habitualis promptas & actualis convenientia cum fine, cui destinata erant facultates animæ, quæ salva sua essentia Physica istiusmodi habitu carere potuissent, Deinde proclivitatem ad mala, quæ in homine post lapsum deprehenditur necessarium consequens naturæ humanae in se neutiquam esse luculentem demonstrat, ex quibus imaginem DEI non supernaturale sed naturale primo homini integro, docum fuisse sequitur, ac tandem argumenta *Bellarmini* solide refutat (hb) vid. *Eius מושה בר כהן* seu *opus currus Cap. II. commat. 16. (ii).* Conf. *Buxtorf. de abbreviat. Ebr. sub tit. צה' ז' (kk). Psalm. XXV. 6. XVII. 15.*